Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

percepe cum pauore recusauit. Ysa. quippe dño querenti quem mittet
vltro se obtulit. d. Ecce ego mitte me. Jeremias autem mittitur
et tamen ne mitti debeat. humiliter reluctatur. d. A. a. a. dñe deus
ecce ego nescio loqui, quia puer ego sum. Ecce ab vtroque ex-
terius diuersa vox prodijt. Sed non a diuerso fonte dilec-
tionis emanauit. Duo quippe precepta sunt caritatis dei
videlicet amor et proximi. Per actiuam vero vitam pro
desse proximis cupiens Ysa. officium predicationis appetit.
Per contemplatiuam vero Je. amori conditoris sedule
inherere desiderans ne mitti ad predicandum debeat con
tradicit. Quod ergo vnus laudabiliter appetit. hoc laudabiliter alter
expauit. Iste ne tacite contemplationis lucra loquendo
perderet, ille ne dampna studiosi operis tacendo sentiret. Sed
hoc in vtrisque est subtiliter intuendum. quia et is qui recusauit
plene non restitit. et is qui mitti voluit ante se per altaris calculum
purgatum vidit. Ne aut non purgatus adire quisque sacra mini
steria audeat. aut quem gratia superna elegit. sub humilitatis
specie contradicat superbe. Quia igitur valde difficile est purgatum se quemlibet
posse cognoscere predicationis officium tutius declinatur. nec tamen decli
nari debet vt dignius pertinaciter debet cum ad suscipiendum hoc
superna voluntas agnoscitur. Quod moyses vtrumque miro
ope expleuit. qui preesse tante multitudini et noluit et obe
diuit. Superbus enim fortasse esset. si ducatum plebis in
numere sine trepidatione susciperet. Et iterum superbus
existeret. si auctoris imperio obedire recusaret. Vtrobique
ergo humilis. Vtrobique subiectus. et preesse populis semetipsum
metiendo noluit et tamen de imperantis viribus presumendo consensit
Hinc ergo precipites quique colligant. quanta culpa ex ap
petitu proprio ceteris preferri non metuunt. Si sancti viri plebium
ducatum suscipere deo etiam iubente timuerunt. moyses suadente
dño trepidat. et infirmus quisque vt honoris onus suscipiat
anhelat. et qui ad casum valde vrget ex proprijs. humeris libenter
opprimendus ponderibus alienis submittit. que agit ferre
non valet, et auget quod portet

Plerumque vero qui preesse concupiscunt ad vsum sue libi Ca.m .9.m
dinis instrumentum apostoli sermonis arripiunt. quo ait